



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XVIII. Securitas pro homicidio facto, si se pacificauerint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

142 MARCVLFI MONACHI
integra voluntate fieri rogauimus,
venire aut aliquid pulsare voluerit;
inferat contra quem repetit tatum,
& aliud tantum quantum in hoc
testamento continetur scriptum, &
insuper faciat fisco auri lib. tan.
argentit. tan. & quod repetit vindicare
non valeat.

XVIII. SECVRITAS PRO
homicidio facto.

Dominō fratri illi , ille. Dūm &
instigante aduersario , quod
non debueras, germanum nostrum
illum visus es interfecisse, & ob hoc
vitæ periculum incurrere potueras.
Sed interuenientes sacerdotes ; &
magnifici viri , quorum nomina
subtus tenentur adnexa , nos ad pa-
cis concordiam ob hoc visi fuerunt
reuocasse. Ita ut pro ipsa causa soli-
dos tantos , quos in præsentia mihi
dare deberes , quos & in præsenti

per vuadium tuum visus es transfol-
uisse, & nos ipse causa persistata, cō-
tra te visus sum vuerpisse. Propter ea
iuxta quod conuenit, hanc episto-
lam securitatis, in te nobis conscri-
bere complacuit, ut de ipsa morte
germani nostri, nec à me, nec ab he-
redibus meis, aut suis, nec de iudi-
ciaria potestate, nec à quolibet, nul-
lo casu, nec refragationem aliquā,
aut damnietatem amplius habere
non pertimescas, sed in omnibus
exinde ductus & absolutus appa-
reas. Et si fortasse ego ipse, aut ali-
quis de heredibus meis, vel quicun-
que te ob hoc inquietare voluerit,
& à me defensatum non fuerit, in-
feramus tibi cum cogente fisco, du-
plum, quod nobis dedisti; & quod
repetit quis vindicare non valeat,
sed præsens epistola securitatis à me
facta firma permaneat.